



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. III. Di Confidentia in Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

Propterea mox ubi in peccatum aliquod lapsus fueris, festina cogitationibus tuis ad humilem agnitionem tui ipsius, & ardentibus precibus incessanter Domino Deo tuo supplica, ut verum tuæ menti lumen infundat, ad agnosendam infirmitatem, miseriamque tuam: sic te deinceps à grauioribus lapsibus benignè seruare atq; defendere dignabitur.



CAPVT III.

De Confidentia in Deo solo.

Est

*Diffidē
tia sui-
ipſius
ſola nō
ſufficit* **E**st quidem in hac pugna
spirituali, Diffidentia sui-
ipſius vehementer necessaria,
& longè vtiliſſima, vt dictum
est: nihilominus ſi ea ſola in-
ſtructi in aciem ingreſſi fueri-
mus; mox aut victi ſuccumbe-
mus, aut turpi fuga elabendū
erit. Quamobrem ſuſcepta
tui ipſius diffidentia, mox ad
Dominum Deum tuū confu-
gias, & pia cōfidentia ipſi ſup-
plicans, benignum auxilium
ab eo patienter expecta. Qua
in re etiā tria te ſeruare oportet.

1. Primò namque auxilium
Vt pa- tale ab ipſius Domini tui ſum-
ma

ma maiestate, humilibus ar-
dentibusque precibus instan-
ter petendum est.

*retur
confidē
tia in
Deo.*

1. Deinde frequenter oculos
mentis tuæ ad ipsum conuer-
tens, intimè contemplaberis
eius omnipotentiam, infini-
tamq; Sapientiam: ut cui nec
impossibile quicquam sit, ne-
que graue: Cuius bonitas im-
mensa ac interminabilis, quæ
ineffabili desiderio semper pa-
rata ac prõpta sit, cuncta no-
bis copiosè largiendi, quæ ad
spiritualem vitam, atque ad
victoriam ab hostibus repor-
tandam, sint necessaria & vti-
lia.

B

Quo-

Quomodo enim fiet, ut di-
uinus ille ac optimus Pastor,
qui post perditam ouem, to-
tos triginta tres annos & am-
plius, anxietate maxima cu-
currit: eamque magnis, mul-
tisque clamoribus vsq; ad rau-
cedinem, ad se reuocauit: I-
temque per salebrosam ac spi-
nosam viam ita quaesuit, ut
sanguinem etiam suum pro-
pterea fundere, vitamque amit-
tere debuerit: quomodo fiet,
inquam, ut is benignissimus
Pastor, suos misericordes ocu-
los, ab oue illa perditam iam ad
ipsum clamante, Pastoremque
suum anxie quaerente, auertat?

au-

auresue suas benignas ad eius
clamorem obturet. Quomo-
do, quaeso, promissionis suae *LUC. 15.*
obliuisci poterit, vt eam iam
non suscipiat in humeros su-
os, festumque exultationis cu
Angelis suis in caelis, super ea
reducta non celebret?

Aut quis vnquam credat,
Dominum Deum nostrum, q
magno desiderio cupit habi- *PRO. 8.*
tare in cordibus nostris, in ijs- *2. CO. 6*
que nobiscum conuiuari: & ad *APOC. 3.*
distribuendos suos caelestes
Thesauros, ianuam cordis no-
stri continuè pulsat: eum velle
aures suas occludere, suumq;
accessum negare, tunc cum
B 1 homo

homo iam cor suum ipsi aperit, ipsumque ad conuiuandū in eo, humilimè ac enixissimè inuitat?

Meditatio SS. Script. Tertiò ad acquirendā Cōfidentiam in Deo solo, requiritur frequens meditatio veritatis sacrarum Scripturarum: quæ multis in locis manifestissimè nobis testantur, quòd confidentes in Domino Deo nostro, nunquam confusi sint.

*Pf. 24.
Rom. 5.
Etc.*

Est præterea adhuc modus alius, quo & sui ipsius diffidentiam, & in solo Deo confidentiam homo potest acquirere: Scilicet, vt in omnibus operibus tuis, priusquam aliquod inci-

In principio

incipias, te ipsum cogitationi- *cuiusq̄*
bus tuis ad considerationem *operis*
tum fragilitatis tuæ, tum om- *q̄d spe-*
nipotentiaë bonitatisque Dei *ctādū.*
conuertas: dein operari inci-
pias.

Hunc ordinem nisi in ope-
ribus tuis diligenter observa-
ueris, sæpe deprehēdes te de-
ceptum, cū putares te cum
magna in Deum confidentia
opus suscepisse. Quia præsum-
ptio atque superbia tanto pe-
re adhærent ac infixæ sunt ho-
mini, vt in tota vita sua ab ijs-
dem vix expurgari valeat. Sic
ergo actiones tuas ordinabis,
vt consideratio fragilitatis, vi-

B 3 lita-

litatisque tuæ, simul & diuinæ
Omnipotentia ad te iunandū
promptissimæ, opus ipsum an
tecedat.

Præterea attende sedulò ne
te ipsum decipias: sæpe enim
tibi videbitur, te diffidentiam
tui ipsius & confidentiam in
Deo iam assecutum esse: cùm
tamen adhuc longè aliter affe-
ctus sis. Quod ex tui animi
motibus, si quandoque labar-
is, facile cognosces. Nam si
lapsus, in te tristitiã ac Inquie-
tudinem excitet, atque de p-
gressu bonorum operum te ve-
lut desperare faciat: evidens
signum est, te in teipso solo, &
non

*Vnde
depre-
henda-
tur de-
fectus
Confi-
dentia
in Deo.*

non in Deo confidere. Et
quantò hæc in teipso confidē-
tia ac desperatio maior, minor
ue fuerit: hoc quoque maior,
minorue in te erit tua de tei-
pso diffidentia, & in Deo solo
confidentia.

E contrario, si veram de te-
ipso diffidentiam, & in Deo
solo confidentiam in te habu-
eris: non magnopere mirabe-
ris lapsus tuos, non multum
propterea tristaberis, neque
anxius eris: quoniam agnoscis
illos ex tua fragilitate contigif-
se: proptereaque non minu-
ent in te confidentiam in De-
um solum. Irasceris quoque

B 4. tibi

*Vera
diffidē-
tia &
confidē-
tia in
deum*

32 CAP. III. Pugna

tibi propter eisdē lapsus corde contrito, nō ob aliam causam, quā quōd Dominum Deum tuum offendisti. Hæc agens, diffidentiam de teipso magis ac magis in te excitabis, & confidentiam in Deum simul augebis: vnde paulatim in te accēdetur vehemens zelus, obtinendi in suscepta spiritali pugna victoriam, omnesque hostes tuos vsque ad internecionem persequendi.

¶ Quod equidem vellē quosdam homines spirituales diligēter attēdere: q̄ cū aliquādo in defectus incidunt: valdē impatientes redduntur: Idque poti-

potius vt ab anxia ista inquietudine liberentur, quàm ob causas alias pias ac rectas. Ideòque nec quiescunt, donec ad Patrem suum spiritualem seu Confessarium veniant, vt suæ anxietatis quodpiam solatium accipiant: cùm tamen ad eum ideo solùm deberent accedere, vt à commissis peccatis per absolutionem expurgarentur: & per sacræ Communionis sumptionem, spirituale quoddam robur contra hostes suos acquirerent.

B s

CA